tur secundum magnam misericordiam tuam.
Hoc audiens alexander factum. quia multitudo homi
num baptismum percepisset per beatum calixtum
epm. misit exercitum militum. et tenuit omnes qui
baptismum perceperent; quos praecepit capitis
subire sententiam. et per diuersas portas urbis ro
mae capita eorum suspendi. ad exemplum xpianorum.
Tenuit autem et beatum calepodium. quem fecit
occidi gladio. et corpus trahi per ciuitatem sub die
kalendas maias. cuius corpus iactari praecepit in
tiberim. ante insulam nichaoniam. In ipsis dieb.
fugit beatus calixtus cum decem clericis suis et ab
scondit se in domo cuiusdam pontiani. Noctu rogans
piscatores inuenit. qui inuenerunt corpus beati ca
lepodii, quem leuantes de flumine nuntiauerunt
beato calixto epo; Tunc gaudio repletus est quod
corpus scm inuenit. Acceptum recondidit eum cum
aromatibus et linteaminibus. cum ymnis. et sepeli
uit in cimiterio eiusdem. sexto idus maias; Ab eo
dem die coepit alexander curiose quaerere beatum
calixtum epm. et diuulgatus est ei. eo quod esset
trans tiberim in domo pontiani. iuxta urbem rauen
natium, et misit occulte et tenuit eum; qui hoc
praecepit. ut in eodem loco fame cruciaretur; qui
tamen dum quinto die nihil unctus accepisset. et ieiu
nio et orationibus magis conroboraretur. Hoc
audiens alexander quia magis confortabatur. ius
sit eum fustibus cedi omnib. diebus. et in eodem loco
in custodia mancipari. ut ... si quis ad eum noctu
ueniret. occideretur; Qui cum multis dieb. esset
in eodem loco in custodia maceratus. ueniens ad
eum beatus calepodius noctu per uisum oculorum.
et consolatus est eum dicens; firmus esto pater.
quia corona tua iam perfecta est. ut accipias
mercedem pro me; beatus calixtus eps. ieiuniis et
orationibus persistens. non cessabat orare in eodem
loco; erat ibidem quidam miles nomine priuatus.
qui erat ulceribus plenus et dolorib. die noctuq.
cruciabatur; hic misit se ad pedes beati calixti epi.
dicens ei. salua me ab ulceribus meis. quia credo
dnm ihm xpm ipsum dm uiuum et uerum. qui libe
rauit blandam. potens est et me saluare. quia
diu est quod consumor in eadem adflictione ar
doris mei. Respondit ei beatus calixtus eps di
cens. si credis ex toto corde fili. et baptizatus fu
eris in nomine trinitatis. mundaberis. Re
spondit priuatus; ego credo quia me saluat dns
ihs xps in baptismo per manum tuam; et omni uul
nere uel morbo quo tenebatur mundatus est; Tunc
coepit clamare priuatus miles; ds uerus est et
scs dns ihs xps. quem beatus calixtus eps praedicat.
quia idola uana. surda et muta. consummantur ab
omnibus. ds enim aeternus xps est; Hoc iterum
audiens alexander iracundia plenus. eo quod au
disset militem baptizatum. iussit et fecit militem
priuatum plumbatis deficere. calixtum uero
epm per fenestram domus praecipitari. et ligato
ad collum eius saxo in puteum dimergi. et in eo per
rudera comulari; Post dies uero decem et septem.
ueniens presbyter eius nomine asterius cum cleri
cis noctu ad puteum. leuauit corpus beati calixti
epi. et sepeliuit in cimiterio calepodii uia aurelia.
sub prid idus octobris ... ; post dies autem sex.
tenuit alexander asterium prbm. quem praecepit
per pontem praecipitari. cuius corpus inuentum est
in hostia. et a quibusdam xpianis sepultum in ea
dem ciuitate. sub die quarto decimo kt nouembris
in pace. Regnante dno nro ihu xpo. qui uiuit et reg
nat ds. per omnia saecula saeculorum amen.

EXPL PAS SCI CALIXTI PAPE.

INCIPIT PAS BEATORUM MAR SIMPRONIANI. CLAUDII NICOSTRATI CASTORII. ET SIMPLICII.
MEN NOV DIE VIII.

xli TEMPORE QUO DIOCLETIANUS AU
gustus. perrexit pannoniis ad metalla diuer
sa sua praesentia de montibus abscidenda. fac
tum est ... dum omnes artifices metallicos con